

crepitus, us. subs. m. ETYM crepare. [FREQ humilis 82 ^{indicia} 5,9 /d.c.m. 235 NAEV] uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum, et prosa et uersu, omnibus usibus; et technicis ad uaria pertinentibus saepe inuenitur; inde ab initiis apparet.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	19	3,9
	dramatica	7	16
	exponens	22	8,4
	lyrica	1	4,5
	narratiua	28	5,5
	satirica	3	16
DIACHRONICA	III-II aec.	7	17
	I aec.	19	6,9
	I-II ec.	33	8,7
	III-V ec.	21	3,2
DIAPHASICA	quotidiana	3	17
	media	65	5,8
	docta	12	5,7
DIASTRATICA	litteraria	61	5,5
	technica	19	7,8
MODUS	prosa	66	5,6
	uersu	14	7,9

¶ **a1** sonus ab ictu rerum conflingentium proueniens • ruido que se produce como efecto de un golpe, el crujido, chasquido, restallido, chasqueo o tintineo [HYPER sonus] 201 PLAUT Curc 158. Placide egredere et sonitum prohibe forium et crepitum cardinum. 70 LUCR 6.110. carbasus ... magnis intenta theatris dat crepitum malos inter iactata trabesque. 84-85 MART Epigr 14.119.1. matella. Dum poscor crepitu digitorum et uerna moratur, o quotiens paelex culcita facta mea est! 125 APUL Apol 25.18. flammam stipula exortam claro crepitu. 412-427 AUG Ciu 7.24. crepitus cymbalorum.  GLOSS 2.481.14. ψόφος ὁ ἥχος crepitus strepitus fragor, sonitus. 4.32.48. sonus flammæ. 4.593.41. Bombus sonus tumidus emitatio uocis uel crepitus.

et ad tenues sonus pertinuit, a quo sensum ad silentium fractum praecipue pertinere uidetur • se aplicó igualmente a ruidos tenues, por lo que se aprecia que un componente semántico importante en esta palabra es el de la rotura repentina del silencio 79 PLIN Nat 12.9. imbrium per folia crepitum. 125 APUL Met 6.12. de fluuio musicae suauis nutricula leni crepitu dulcis auræ diuinitus inspirata.

a2 qualis est sonus calceorum uestigia facientum • como el ruido de los pasos [SIM ↗ crepitaculum^{c3}] 44 CIC Top 12.52. pedum crepitus.

b quotidianum pedendi actio • coloquial pedo o ventosidad [HYPER naturalis corporis actio SIM peditum] 201 PLAUT Curc 295. eos ego si offendero, ex unoquoque eorum crepitum exciam polentarium. 62-43 CIC Fam 9.22.4. uerbis ... apertissimis agunt Stoici; sed illi etiam crepitus aiunt aequè liberos ac ructus esse oportere. 60 PETRON 117.13. Nec contentus maledictis tollebat subinde altius pedem, et strepitu obsceno simul atque odore uiam implebat. Ridebat contumaciam Giton et singulos crepitus eius pari clamore prosequabatur. 395-415 MARCELL 6. Inflatio uesticae, solet in eam multus ex alui meato uentus inmitti, inde adsidua ructatio, inde incontinentes crepitus egeruntur.